



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

Verbum Dei custodiri debet in intellectu. Caput XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

**A** Etati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.  
**B** Audire verbum Dei, multorum est, custodire, non  
 ita. Custodiendum est verbum Dei, in corde bono & opū  
 mo: ut fructum adferat in patientia. Corde bono & opū  
 mo illud retinent, qui illud per intellectum, rectè intelligunt,  
 per bonam voluntatem diligunt, recogitant, ruminant,  
 scrutantur, conferunt, non obliuiscuntur in memo-  
 ria: fructum eius faciunt, dignè Deo & euangelio conuer-  
 sando sicut filios altissimi, fratres Christi, ac viua templa  
 spiritus sancti oportet, Imò, sicut decet ciues sanctorum  
 & domesticos Dei, genus electū, regale sacerdotium, gen-  
 tem sanctam, populum acquisitionis, & filios lucis.

Verbum Dei custodiri debet in intellectu.

Caput XLIII.

**A** N intellectu illud est custodiendum exéplo eius qui di-  
 xit. Ego auté in toto corde meo scrutabar mādata tua.  
**Psal. 118.** Nō vt curiosus maiestatis scrutator, opprimendus à gloria  
**Pro. 25.** sed vt humilis & docilis veræ sapientiæ discipulus, scire &  
**Psal. 118.** facere desyderás, quæ beneplacita sunt corā Deo. Ideo hu-  
**Ioan. 5.** militer oro. Reuela oculos meos, & consyderabo mirabi-  
**Psal. 118.** lia de lege tua. Ad hoc vindicator noster nos adhortāsait:  
**Act. 17.** Scrutamini scripturas. Quia beati q̄ scrutātur testimonia  
**Pro. 8.** eius: & in toto corde exqrunt eū. Sic Iudæi, quotidie scri-  
**Sap. 6.** pturas scrutabantur si hæc ita se haberēt, indagādo. Ad id  
 studij exercitiū cetera sapientia nos adhortans ait: Beatus  
 homo qui audit me: & q̄ per studij exercitiū ad fores mes-  
 vigilat quotidie. Fores istæ, sacri sunt libri & sanctorū do-  
 CTORŪ lucubratiōes: Qui de luce vigilauerit ad illā, in lege  
 dñi meditādo die ac nocte, & librū petēdo cū lumine: an-  
 te diē, & intēderit animū studijs, vt Flaccus ait: nō labora-  
 bit, suo fraudādus desyderio, assidentē em̄ illā foribus suis  
 inueniet. Quia mox cū libros pio corde aperit, lector hu-  
 milis, statim sapiētia illi occurrit quasi mater honorificata  
 & illi

& illi cōmunicat de bonis suis atq; thesauros eius replet Ecc̄i 15.  
cēlestibus & nunquā defecturis bonis. Præoccupat etiam  
eos qui se concupiscunt, vt illis se prior ostēdat. Qui eā in-  
ueniunt, maximū studij sui habent emolumentū. Quia cū  
eainueniunt vitā, & hauriunt salutem à domino. Prou. 8.

*Intellectum in obsequium fidei, captiuare oportet.*

Caput XLV.

**A** Thīc hominem intellectū suum in obsequiū fidei **A**  
captiuare oportet, sapere ad sobrietatē, nec verbū 2. Cor. 10.  
Dei torquere & flectere ad suū prauum intellectū & cor Rom. 12.  
ruptū sensum, sed intellectū cōformare intētioni scriptu-  
re & intellectui sanctorū quē tenet & approbavit ecclesia  
Dei. Quod dū facit homo: tū sanct⁹ & verus q̄ habet clauē Eſai. 22.  
Dauid verū intellectū humilibus aperit & mitibus, & clau Apo. 3.  
dit atq; abſcōdit eū superbis & sapientibus in oculis suis. Matt. II.  
Tūc ingrediūtur in abſcondita scripturarū, & super senes Psal. 118.  
& omnes eos docentes profunda eius scrutantur: quāuis li-  
teraturā per studij exercitiū nō cognoscāt. Et egrediūtur Iob 28.  
abſcondita scripturarū & eius mysteria producūt in lucē,  
multos erudiūt ad iusticiā, & docēt diligēter ea q̄rā sunt  
Iesu Christi, in omni sapiētia, vt oēs hominēs pfectos ex-  
hibeant ip timore & amore Christi. Beatus quē hoc modo Col. 1.  
erudierit dominus, & de lege sua docuerit eum.

*Verbum Dei in uoluntate seruare oportet.*

Caput XLV.

**S**Ecundō, verbum Dei tenendum siue custodiendū est **A**  
Sin volūtate per syncerum amorē, sicut fecit maximus  
vatū dicēs: In corde meo & volūtate abſcōdi eloquiātua, Psal. 118.  
vt nō peccem tibi. Verbū Dei māna abſcōditum est, quod Num. II.  
aridis corde non sapit; sed nauseant super eo. Bonis verō Exod. 16.  
& rectis corde super mel dulcius est & fauū, & eis præbet Sap. 16.

A a 2 omne